Rx 10. Ja. 1647
ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime VIR,

Virtutum et Elegantiarum Decus,

VOSSII nomen si carum tibi, hunc etiam LAMBERTUM ama, virum aureae planè mentis et doctrinae. Cultioribus adhaeret studiis, numen quoque Musarum felici calamo sibi concilians. Vin' majus etiam elogium? Humanitate tuâ dignus est: et hac indiget, ut distractum curis animum, Litteris reddat. In Gratiarum pectore ambitiosa vota non invenies. Hoc agit, ut procul negotiis, et in suo rusculo, non magno, sed quieto, familiam, et bona simul studia alat: Pacis, inquam, studia inter arma. Ubi tua Pallas aegidem proferet, nulla omnino noceat Bellona: atque hoc beneficium affectu tuo constabit. quem cùm ego experiar, in alios quoque conor derivare. Ego, imò filius meus: is autem villae suae domum novâ securitatis fiduciâ perget instaurare, proximo vere rusticos penates amplexurus. Intereà quoque soceri negotium componi poterit: qui si reus est, luat; si extra culpam, jure suo fruatur. Ego censeo, aliquid dandum militibus esse, ut universum sine cicatrice vulnus deleatur. Sed de hac difficultate ipse nuper filius meus scripsit. Sic nunc vale, Vir Summe, et VOSSIUM ama.

Lovanii, in Arce, Proprid. Kal. Febr. ∞.DC.XL.

Virtutis tuae, Doctrinae, Famae
verus cultor E. Puteanus.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306

Nobilissimo et Summo Viro
D. CONSTANTINO HUGENIO,
Principi Auriaco à Consiliis et
Secretis.

Hagam.

20 b

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2306